Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sunt me speraverunt et
non sunt confusi ℣ Ego
autem sum vermis et non ho-
mo opprobrium hominum
et abiectio plebis ℣ Omnes
qui videbant me aspna-
bantur me locuti sunt
labiis et moverunt caput
℣ Speravit in domino eripiat
eum salvum faciat eum quo-
niam vult eum ℣ Ipsi vero con-
siderantes et inspexerunt me
diviserunt sibi vestimenta
mea et super vestem meam
miserunt sortem ℣ Libera
me de ore leonis et a cornibus
unicornium humilitatem
meam ℣ Qui timetis do-
minum laudate eum om-
nis semen iacob magni-
ficate eum ℣ Annuncia-
bitur domino generatio ven-
tura et annunciabunt celi
iustitiam eius ℣ Populo
qui nascetur quem fecit
dominus. passio domini nri
ihu xpi secundum Matheum
In illo tempore: dixit
ihs discipulis suis.
Scitis quia post bi-
duum pascha fiet et filius
hominis tradetur ut
crucifigatur. Tunc con-
gregati sunt principes
sacerdotum et seniores
populi in atrium principis
sacerdotum qui dicebatur
cayphas et consilium